



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Duodecima Conclusio. Melodia, herba, lapis, aut aliquæ res sensibiles possunt Dæmonis vexationes indirectè mitigare, & læuiores reddere, ita vt vexati eas minus sentiant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

Iatur, non est absurdum, quod etiam omnino possit cessare vexatio.

Duodecima Conclusio. *Melodia, herba, lapis, aut aliquæ res sensibiles possunt Dæmonis vexationes indirecte mitigare, & lauiores reddere, ita ut vexationes minus sentiant.*

**H**AEC Conclusio est communis DD. cl<sup>t</sup>atorum. Hoc autem non est difficile. Dæmon tanquam peritissimus medicus corporum complexiones perspicit, & eis perspectis, conuenientes vexationes obijcit. Reperi<sup>s</sup> aliquem mania, aut abundanti melancholia laborare, eum inuadit: cùm homines talis complexionis apti sint ad vexationem. Si ergo naturalia remedia adhibeantur, quæ complexionem superantem ritè disponant, & ad æqualitatem reducant, mitigabitur vexatio, nō quidem ex parte Dæmonis vexantis, cum non sit modus naturalis agendi in eum, sed ex parte dispositionis subiecti. Sic cogitationes dissipentur, & abstrahantur aliquid dulci melodia, non sentitur in tanto gradu afflictio, ac quando sensatio sibi præsens est, sic etiam, si purgationibus & medicinis sanguis purgetur, aut cerebrum confortetur, non est dubium, quin fiat aliqua alleuiatio. Dæmon enim cùm non informet corpus quod obsidet, nō est rousus in toto, quemadmodum anima rationalis,

I 2 . . . . . sed

sed in determinata corporis parte: nunc in collo, quod mirabiliter torquet, nunc in venit, quas motione spirituum & humorum extensis, nunc in cerebro, quod aut debilitat spiritibus viam intercludendo subtilitate suæ potentiæ, aut planè perturbat phantasiam immutando. Si ergo corporia afflito remedia ex medicorum arte prescripta adhibeantur, afflito minuitur. Ex dictis intelligitur, quod in

Matt. 4. C<sup>o</sup>

17.

Euangelio de Dæmoniacis Lunaticis refertur. Secundum variam lunæ dispositionem magis vel minus vexantur. Quoniam motus lunæ agit in humidum cerebrum. Quidam enim tempore crescentis lunæ magis vexantur: Alij decrescente luna, Dæmon enim obseruat opportunam tentandi occasionem. Ait S. Hieronymus, in Matth. 4. Dæmones obseruantes lunæ tempora cupiebant creaturam infamare, ut in creatorem blasphemare redudarent. Ad eandem expositionem accedit Orig. in Matth. 17. tract. 3. Scripturæ loca quæ predictis videntur contraria, sic solueda sunt. 1. Reg. 6. Quandocunq; spiritus Domini malus Saul arripiebat, David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & resocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Non enim expulsio Dæmonis siebat virtutum melodiarum, sed potestate diuina immediatè, aut mediantibus angelis sanctis, ob meritum Davidis, qui laudes diuinas pro salute Saul in d-

than

thara canebat. Sic etiam Tob. 6. de iecore pis-  
cis posito super carbones legitur. Non enim  
fumus iecoris expulit Dæmonem, sed meritū  
orationis Tobiæ, quod per fumum significa-  
batur, & Angeli Raphælis virtus. Ex vltimæ  
conclusione à contrario infertur, Dæmonem  
posse etiam aliquando in homine virtute la-  
pidum, aut herbarum, Néo permittente, ten-  
tationes accendere & efficere. Quia cùm dis-  
positionem tentati cognoscat, potest per con-  
tactum lapidum aut herbarum, in quibus ma-  
gna virtus est, quam perspicacissimè nouit,  
tentationi fomenta præstare, sicut enim de  
Smaragdo & Topazio dicitur, quod libidinis  
ardorem mitigent. Ita fortasse à contrario erit  
alius lapis, qui æstum libidinis augeat. Sic tra-  
dunt Alphonſ. Caſtreñ. lib. 14. contra hæreses,  
in verbo Tentatio. & Ioseph. Angles in q. vni-  
ca de Dæmonibus. 1. part. in 2. ſentent. artic. 6.  
dub. 2.

## DVBIUM IIII.

*Quid sentiendum de apparitionibus, &  
mirabilibus operationibus aliquando con-  
tingentibus circa corpora mortuorum?*

**S**VNT autem huiusmodi apparitiones, ex-  
pligatia: Conſeruatio corporum ab inci-  
neratione post mortem, augmentum vnguiū,  
& barbæ, & capillorum in mortuis, Emanatio  
ſanguis